



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119185**

§. 48. Ulterior Cleri Gallicani deliberatio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](#)

suffragio decisum, ad reddendam Eccle- Sæc. XVII.  
 siæ pacem, & conciliandos utriusque par- A. C. 1654.  
 tis animos nil magis expedire, quam quæ-  
 stioni per Constitutionem decisæ insi-  
 stere, simulque declarare, quinque hasce  
 propositiones ex Jansenii libro fuisse de-  
 cerptas, easque in proprio earum sen-  
 su, seu Jansenii sensu damnatas, ac de  
 rebus hucusque gestis Portificem da-  
 tis literis certiorem esse reddendum,  
 simulque encyclicam epistolam ad om-  
 nes Franciæ Præsules mittendam, ut  
 hi eo facilius Jansenistarum versutias  
 dissipare valerent. Opposuere Jansenii  
 sectatores, quod quidem harum propo-  
 sitionum, in quounque demum sensu  
 accipientur, damnationi assentiant,  
 nunquam tamen admissuri sint, eas Jan-  
 senii sensum præseferre. Nihilominus  
 Præsules censuerunt, ut Delegatorum  
 suffragia, necnon propositum ab eis  
 remedium die vigesima octava Martii  
 adhucdum maturiori deliberationi re-  
 servaretur, interim vero cuilibet inte-  
 grum foret, Jansenii textus cum quin-  
 que proscriptis propositionibus conferre.

### §. XLVIII.

#### *Ulterior Cleri Gallicani deliberatio.*

Præstituta die Delegati Præsules in  
 publico confessu non modo discusse-  
 runt.

Sæc. XVII. runt Jansenii, sed etiam D. Augustini  
A.C. 1654. textus, per quos Jansenistæ in suis scri-  
ptis comprobare nitebantur, Jansenii  
doctrinam a quinque propositionum  
censura remotissimam esse, harumque  
proscriptione simul Divi hujus Doctoris  
doctrinam proscribi: Demum unanimi  
suffragio conclusum, quod Jansenii fau-  
tores sublesta fide Jansenii textus alle-  
garint, indubium autem esset, quod  
genuina S. Augustini doctrina omnino  
Constitutioni Pontificiae consona, &  
Jansenii opinionibus contraria fore.  
Hanc in rem Gallicani Præsules obser-  
vabant, quod sanctus hic Doctor circa  
gratiam ea docuerit, quæ ad fidei re-  
gulam spectant, adjunxerit tamen alias  
quasdam quæstiones, quæ nec ad fi-  
dem pertinent, nec a Papa Cælestino  
definitæ fuerant: Jansenii autem op-  
niones in quinque damnatis proposicio-  
nibus contextæ non sint ex numero  
quæstionum posteriorum, sed adversan-  
tium priscæ Regulæ fidei, quam S. Au-  
gustinus valide propugnavit, ejusque  
genuinam mentem Tridentina Synodus  
vere interpretata est, nullus vero Ca-  
tholicus ante Baium hujus S. Doctoris  
doctrinam in sensu Jansenii interpreta-  
tus, sed interpretatione falsa Jansenius  
postmodum usus sit. His subjunxit Car-  
dinalis Mazarinus, nulli unquam nec  
in

in Francia nec in Belgio ante Pontifi- Sæc. XVII.  
cis Constitutionem dubium fuisse, quin A. C. 1654.  
quinq̄e propositiones velut in Synopsi  
doctrinam Jansenii complectentur, id  
vero primum post earum condemnatio-  
nem in dubium fuisse vocatum, ut hac  
ratione decisio Pontificia eluderetur:  
ipsum vero Jansenium, an sua doctri-  
na esset vera, & D. Augustino consona,  
dubitasse, exin argui posse, quod suas  
opiniones sacræ Sedis censuræ subje-  
cisset, cui utique nequaquam sancti  
Augustini doctrinam, sed potius priva-  
tam suam interpretationem a quingentis  
annis in *Theologia Scholis incognitam* sub-  
jicere voluit. Postmodum idem Car-  
inalis allatis variis exemplis, quibus  
antiquiores hæretici variis verborum  
ambiguitatibus Catholicorum Præsu-  
lum sinceritatem decipere nitebantur,  
Jansenistarum effugia confutabat, &  
ponderatis scriptis ultro citroque editis  
totius confessus nomine declarabat,  
quod quinque hæc propositiones essent  
Jansenii, & quidem in sensu Jansenii  
per Papam damnatae, proin Pontifex  
de hac Cleri Gallicani sententia datis  
ad eundem literis certior redderetur.

## §. XLIX.